

his qui magistratus gerunt non solum a ciui-  
bus iniuriam propulsent, & malos ab inferen-  
da prohibeant; verum etiam si minus incipiē-  
tes a lare, tum suis affectibus statuunt modū,  
tum incitatiores cupiditates frenent: qui neti/  
am nisi manus a rapinis, & oculos ab impudi-  
co temperauerint aspectu, ad mores potēti-  
rum reliqua multitudo componitur, vitam/  
que principis exemplum sibi ac normam vi-  
uendi propositam esse putant. Quod si prin-  
cipes non magis libidinibus regerentur, quā  
regerent libidines, & acres suorum vitiorum  
vindices existerent, profecto non inuadere/  
tur tot prauitatibus, genus humanum, labe  
scelerum passim veluti contagione serpente  
ac p̄xima queq; occupante, vt rara mēbra ali-  
cuius ordinis integra relicta sint. Nūc tecum  
Cæsar examina utrū videar reprehensione di-  
gnior an laude, siquidē minime p̄grinis mo-  
ribus iniquatus per maiorū decurrendo semi-  
tas me ipsum vici, meisq; commodis & volu-  
ptatibus peperi, vt ea que nostrę reipublicę  
vsui essent, mea potissimū cura studio diligē-  
tia prospicerentur. Accadebat ratio conser-  
uandę voluntatis eorum: quorum collocati  
meritis eramus in amplissima dignitate. Hi  
quum imperium Romanum longe iateque